

910.

11° 15'

Cedergren.

1821

2

De ludis gladiatoriiis  
eorumque <sup>vi</sup> momenta in Romanorum  
ingenia (Caelato)

Qui apud Romanos, seu vi coacti,  
seu mercede conducti, ad spectaculum  
populo dandum, usque ad vulnera  
et necem alter cum altero gladius  
certabant, gladiatores dicti sunt.  
Eligebantur enim aut ex servis,  
maxime bello captis, aut ex noxiis  
capiteque damnatis, quibus perditis-  
simus quisque et levisimus, ad  
lanistam se auctorans, socius acce-  
debat. Ludis vero seu munera gla-  
diatoria huiusmodi certamina no-  
minata sunt. Quae cum ex anti-  
quo more, in virorum insignium  
tumulis captivos tamquam inferias

x) Hom. Il. XXIII, 171-175.  
Virg. Aen. XI, 81. 82.

xx) Val. Max. I, 4, 7.

xxx) Cic. Sex. 58.

†) Plut. Caes. cap. 5.  
coll. c. Sueton. Jul. 10.

immolandi<sup>†)</sup>, tum ex opinione, defun-  
ctorum manes hac ratione expiatum  
iri, originem traxisse, verisimile ~~est~~  
~~est~~ Unde ab initio quidem in funeri-  
bus tantum magnificis et sumptuosis a  
Romanis in exanimatorum honorem ador-  
nata sunt (ut e primo munere gladiatorio,  
cujus Valerius Maximus<sup>xx)</sup> mentionem  
facit, tempore belli punici primi incunctis  
edito Romae [264 a. C. n.], liquido patet);  
mox autem a parentando mortuis ad  
vivos honorandos, quin etiam delectandos,  
transierunt. Nam progrediente tempore  
tanta spectaculorum illorum cupido Ro-  
manos incescit, ut Cicerone<sup>xxx)</sup> teste,  
omni frequentia atque omni genere homi-  
num celebrarentur. „Nullum, <sup>inquit</sup>  
~~autem~~, <sup>est</sup> tempus <sup>est</sup> frequentionis populi, quam  
illud gladiatorium, neque concionis ullius,  
neque vero ullorum comitiorum. — Jam  
etiam numerus gladiatorum <sup>ingras, esse</sup> ~~ad nulli~~  
~~ludium ascendere~~ coepit. Etenim Caesar<sup>†)</sup>  
aeditate fungens, trecenta et viginti  
paria exhibuit; Gordianus impera-

tor<sup>x)</sup> interdum quingenta; Trajanus<sup>xx)</sup> autem  
jam antea, centum viginti dierum spatio,  
nulla intermissione facta, decem millia  
in arenam produxerat; Nero<sup>xxx)</sup> denique  
quadringentos Senatores et sexcentos equites  
Romanos ad ferrum locavit. Commodus  
ipse inter arenarios esse non erubuit;  
immo <sup>quod</sup> in quadam inscriptione publica  
„mille gladiatorum victor“ nominatus est,  
maximae sibi laudi duxit.\*)

x) Jul. Capitolin. in Gordi-  
ano 1<sup>mo</sup>, Cap. 3.

xx) Dio Cass. apud Xiphilin.  
lib. 68 cap. 15.

xxx) Suet. Ner. 12.

\*) Herodian. I, 15, 9.

Mirum mehercule foret, hosce ludos,  
ferocitatis speciem haud dubie praefereutes,  
tantae Romanis voluptati fuisse, tantaque  
delectatione atque multitudine populi cele-  
bratos esse, nisi vetustiore nobis Roma-  
norum historiam <sup>ad</sup> aspicientibus illud quo-  
dammodo explicaretur. Romanam enim  
civitatem, ut ita dicam, inter bella et  
sanguinem adolevisse atque auctam esse,  
constat. Sicuti vero in singulo <sup>is</sup> homine <sup>ibus</sup>,  
quae prima juventute animo impressa  
sunt, ea per sequentem vitae aetatem

rarisime exstincta ad animadvertimus, ita  
apud totas nationes ejusdem generis exempla  
forsan inveniuntur. Ad Romanis certe  
res bellicae feroci quoque reipublicae tempore  
inter maxima gratissimaeque negotia  
positae fuerunt. Quibus autem imperii  
longius dilatis, bellisque procul ab urbe  
gestis, populo Romae habitanti desiderium  
quasi venisse videtur, certaminum speci-  
em in propinquo atque intra muros  
videndi; quare gladiatorum ludos, qui  
aliis jam pridem Italiae gentibus in  
usu erant, imitati, apud semet ipsos  
latius propagarunt. Ut igitur ad  
spectacula illa vel instituenda vel au-  
genda ab indole Romanorum tamquam  
arsa dabatur, ita fieri non potuit, quin  
ad animos populi, qui tanto studio  
hisce ludis intererat, vel utili modo,  
vel vitioso, commovendos, maxime per-  
tinerent.

x) Liv. IX, 40.

4

Liceat ergo ~~prae ceteris~~ exponere, quid  
scriptores nonnulli veteres de muneribus  
gladiatorii eorumque <sup>vi</sup> momento in specta-  
tium ~~data~~ ingenia judicaverint. Cicero  
certamina ista non omnino fallere  
displicuisse videmus, haec in Tusculanis  
quaestionibus verba legentes: „Crudele gla-  
diatorium spectaculum et inhumanam non-  
nullis videri solet, et haud scio an ita  
sit, ut nunc sit. Quum vero fontes ferro  
depugnabant, auribus forsasse multa, oculis  
quidem nulla poterat esse fortior contra  
dolorem et mortem disciplina. Nec  
in panegyrico <sup>quem</sup> Trajano, humanissimo prin-  
cipi, ~~dicto~~ <sup>xx) haec</sup> Plinius commemorare dubitavit. <sup>xxi) Plin. panegy. 33.</sup>  
Visum est spectaculum inde non enerve,  
nec fluxum, nec quod animos virorum  
molliet et frangeret, sed quod ad pulchra  
vulnera contentumque mortis accenderet;  
cum in fervorem etiam noxiorumque  
corporibus amor laudis et cupido victoriae  
cerneretur. Sed verius Seneca in epistola

xx) Cic. Tuscul. II, 17.

xxi) Plin. panegy. 33.

x) Senec. epist. 7.

septima<sup>x</sup>; Nihil vero, inquit, est tam damnum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desiderare. [Venationes et gladiatorum ludos imprimis, ut ex sequentibus patet, intelligit.] Quid me existimas dicere? avaros recedo? ambitiosos? <sup>lucrosos</sup> luxuriosos? immo vero crudeliores et inhumanius. — Subducendus [hinc spectaculis] populo est tener animus et parum tenax recti. Et alio loco<sup>xx</sup> iusta cum indignatione: Homo, exclamat, sacra res homo, jam per lusum et jocum occiditur, satique spectaculi in homine mors est! —

xx) Senec. epist. 95 med.

Audiamus etiam inter patres ecclesiae Cypriani et Lactantii sententias a doctrina Christiana, alma humanitatis matre, ortas. Quorum alter<sup>xxx</sup> alicubi dolente animo: „Homo, inquit, in hominis voluptatem (gladiatoris ludis) perimitur! ut quis possit occidere, periticia est! ars est! Scelus non tantum geritur, sed docetur. Quid potest inhumanius, quid acerbius dici? Disciplina est, ut perimere quis possit, et gloria, quod peremit. — Alter<sup>\*</sup> vero in inscriptionibus divinis: „ Quod si interesse

xxx) Cyprianus.

\*) Lactant. VI, 20.

homicidio sceleris conscientia est, et eodem facinore spectator obstrictus est, quo et admissor; ergo et his gladiatorum sceleribus non minus cruore perfunditur, qui spectat, quam ille, qui facit, nec potest esse immunis a sanguine, qui voluit effundi, aut interfectori et favit et praemium postulat. —

Cum diligentius igitur, quam munera gladiatorum vim habuerant in populi Romani naturam et mores, perpendimus, id antea, quod ad utilitatem et commodum ejus generis ludorum referat, proponamus.

Primum enim, inter spectacula in arenis edita gladiatoria quoque ad fortitudinem et constantiam exercendam plurimum velucose, jure concedere potest. <sup>tu</sup> <sup>duo</sup> <sup>scripta</sup> Ergo a veterum scriptoribus et philosophis valde et constantis animi specimina saepius a gladiatoribus petita sunt. Hinc Ciceronis et Plinii loca ante <sup>laudata</sup> ~~citata~~ pertinent, quibus Seneca ipse consentiens, in libro de constantia sapientis: „ Quaevis, ait, quid inter duos (Epicureum et Stoicum) interficit? Quod inter

x) Senec. de constant. 16.

\*) Cic. Phil. II, cap. 35.

gladiatores fortissimos, quorum alter premit  
vulnus et stat in gradu, alter respiciens  
ad clamantem populum, significat, nihil  
esse, et intercedi non patitur. Cicero vero  
in Philippica secunda\*) omnes bonos viros  
ad rempublicam contra Antonium fortiter de-  
fendendam exemplo arenariorum his verbis  
exhortatur: „Quodsi jam, quod Dei omen  
avertant, fatum extremam reipublicae venit;  
quod gladiatores nobiles faciunt, ut honeste  
decumbant, faciamus nos principes orbis  
terrarum gentiumque omnium, ut cum digni-  
tate potius cadamus, quam cum ignomi-  
nia seruiamus.“

Multum deinde ad animum bellicosum in  
urbe luxuriae dedita conservandum, ludi  
gladiatorii <sup>effecerunt</sup> ~~permanerunt~~. Quae post bellum  
punicum secundum Romanis, si viri au-  
daces et fortes permanere cuperent, ~~revoca-~~  
<sup>paene necessarij videri poterant.</sup> Nam ab eo inde tempore  
bello procul ab urbe remoto, minimaque  
populi parte paucos tantum annos in  
armis versante, mox autem rebus a bello  
omnino diversis occupata, luxu demique  
posthac jam magis magisque indur gliscen-

te: solo gladiatorum conspectu in Roma-  
norum animis belli imago vigere soluit,  
ita ut quilibet civis e complexu suorum  
subito ereptus et contra hostes ductus,  
postquam pugnas in amphitheatris et  
vulnera et ferrum nudasque inter se  
cohortes viderat, tunc etiam nec armatos  
barbaros timeret, nec vulnera aut sangui-  
nem horreret. Qua de causa et im-  
peratores ad bellum proficiscentes in  
spectaculis multa gladiatorum parva  
exhibere consueverunt<sup>x)</sup>, et apud externos  
populos id ipsum principes imitari solent,  
quod ex Antiochi Epiphanis, Syriae regis,  
exemplo, testante Livio<sup>xx)</sup>, apparet. —

Attamen, <sup>etiam</sup> si ~~sim~~ ludis gladiatoris  
utilem quandam in animos effectum tri-  
buamus, haud sane infitias ire possumus,  
eos jure plus apud Romanos valuisse,  
multoque majus fuisse detrimentum, quod  
civilis et moribus <sup>reper-</sup> ~~affertur~~. Hoc vero  
primum e statu et conditione servorum  
patet. Qui cum nunquam quidem, nec

\*) Jul. Capitol. in Max. et Balb.  
cap. 8.

xx) Liv. II, 25.



Lippius in Serm. Saturn.  
1, 12.

8

orumque opprimendorum cupiditate, propen-  
sa denique ad superbiam et crudelitatem  
populi natura, quae vix alio modo, nisi  
e continuis bellis nullisque gladiatorum ludis  
spectaculis (quos recentior quidam auctor  
ullo bello majorem generi humano cladem  
vastitatemque intulisse judicat) intelligatur  
profecta sunt. Nec vero ad tempus tantum  
et inter tumultus civiles in imperio  
Romano et crudelitas locum habuit, sed  
longam atrocium facinorum seriem tam  
a Caligula et Nerone, in quos imma-  
nitas cujuslibet quasi sentinae confluxisse  
videtur, quam a multis aliis Caesaribus  
commisissimam, memoratam legimus. Quae  
si diem Romanis, qui cruentissimis gla-  
diatorum ~~ludis~~ <sup>spectaculis</sup> ~~tanta~~ <sup>tantopere</sup> selectatione  
gaudebant, minus horrenda apparuisse  
credamus; facere tamen non possu-  
mus, quin, sceleratissimos atque non  
tolerandos civiles tyrannos inter Deos  
ipsos post mortem relatos esse, stupe-  
facti audiamus.

---

